





*F. II. num. 14.*

*Z 4*  
**D. B. V.**  
DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA  
DE  
**FEUDO OB NUDAM**  
**VENDITIONEM NON**  
**AMITTENDO,**

*QVAM*  
**DEO SOLO PRÆSIDE,**  
**EX DECRETO**  
**AMPLISSIMI JC TORVM**  
**ORDINIS**

*U*  
IN ALMA ARGENTORATENSIMUM UNIVERSITATE

**PRO LICENTIA**  
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA  
RITE CONSEQUENDI  
SOLENNI ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT  
*AD DIEM MAJI A. R. S. MD CCL.*

**JOH. JOSEPHUS ANTONIUS**  
**BACH,**  
**SULTZENSIS.**

*H. L. Q. C.*

PRIMUM EXCU SA

---

*ARGENTORATI,*  
Typis MELCHIORIS PAUSCHINGERI, Typogr.



DESEN STADT-LAUMGARTENS VERBUNDEN

МАДИОДИ

ИОН

ОГНЕННИК

СЕВЕРСКИЙ

МУЛЮССАНСКИЙ

ЯТАЙСКИЙ

АБДУЛГОДОРСКИЙ

ЗИЛДЖИСКИЙ

БАРСАКСКИЙ

ДАГАСКАЛСКИЙ

САЛАХАСКИЙ

САЛАХАСКИЙ


САЛАХАСКИЙ

САЛАХАСКИЙ

САЛАХАСКИЙ

САЛАХАСКИЙ

САЛАХАСКИЙ



OS (3) 50



Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS  
JURIDICA

DE

FEUDO OB NUDAM  
VENDITIONEM NON  
AMITTENDO.

§. I.

**E**udorum indoles, cum  
peculiari ad quam Vasal-  
lus Domino suo adstrin-  
gitur fidei, innitatur, exigit, ut quic-  
quid hanc vel tantillum lædat, ipsi  
summo interdictum sit opere. Cer-  
te si Domini feudum concedentis

A 2 men.

mentem rimari licet, sine dubio in  
feudis servitorum præstatione  
haud vacuis, ea in eo acquiescere vi-  
detur, ut vasallum iis præstandis i-  
doneum nanciscatur. Ob dotes e-  
nim ejus tum corporis, tuni animi,  
quibus præprimis eminere ipsi vide-  
batur, aliis digniorem judicavit,  
quem tanto afficeret beneficio. Ne-  
que hoc Domini consilium intra Va-  
falli personam duntaxat subsistere  
persuasum est, sed cum fortes forti-  
bus, ignavi ignavis generentur, po-  
sterisque ex nobili origine descen-  
dientibus, saeppe aliquid antiquæ vir-  
tutis hærere præsumatur; non du-  
bitandum, quin dominus spe sua  
concepta nimium quantum excide-  
ret, si Vasallo feudi concessi alienan-  
di

as (5) 50

di indulgeretur potentia. Quum enim Contractus et ius liber sint generis, ultra Contrahentium intentiōnem, efficacia ullum producendi effectum destituti sint, inconcinnum foret permettere, ut Domino, qui hunc Vasallum, ejusque familiam solam respexit, aliis vasallus obtrudatur. Et licet fortassis novus in quem venditione translatum est feudum, æque servitiis Domino exhibendis sit idoneus, ac prior vasallus, Dominoque adeo ratio querendi deesse videatur, non tamen decet Vasallum ita contemnere dominum, quem reverentia prosequi oportuit, & rumpere fidem, qua ipsi obstringitur, sed tantum nefas impune ne perpetret, ratio Juris feudalis exigere videtur.

§. II.

§. II. Omnes itaque Conven-  
tiones, quibus ad alienationem feu-  
di via munitur, quin cessare debe-  
ant, non dubitandum. Non enim  
fieri potest, ut finis prohibitus, &  
media eo tendentia permissa esse  
possint. Eam ob causam etiam Ven-  
ditione feudi Vasallum abstinere de-  
bere, in oculos incurrit. Venditio  
enim est contractus, quo id agitur  
ut dominium rei in contractum de-  
ductæ in alterum transferatur; ast  
translatione feudi in alium vasallo  
est interdictum, ergo Venditio illius  
haud æquo fieret jure. Cum vero  
delicta pœnarum immunita esse non  
debeant, hinc Jure Feudali contine-  
tur, ut quisquis alienaverit feudum,  
nihil ageret, & feudum reverteret  
H. & ad ezequias et ad

ad Dominum. Id vero nunc maxi-  
me ambiguum est, an Venditio, qua  
animus alienandi indubitatis sane  
proditur indiciis sufficiat, an vero  
traditio præterea ad Venditionem  
accedat necesse sit, ad id, ut Vasal-  
lus poenam privationis incurrat?  
Nos in æquitatem & humanitatem  
proniores, poenalia tanquam odiosa  
ex Regulis bonæ interpretationis  
restringenda putamus. A vero ita-  
que aberrare nos non credimus, si  
eam sententiam quæ dicit, quod  
venditio nuda, nudo consensu per-  
fecta, sed omni traditione destituta,  
privationis poenam non inducat,  
amplexemur. Sunt nobis rationes  
haud contemnendæ, quibus ut tale  
quid adstruamus, sumus inducti, in  
se.

sequentibus paulo latius exsequen-  
dæ.

§. III. Sententia nostra quam defendendam suscepimus, non exiguae vires colligere ex Cap. 55. Feud. II. in pr. nobis videtur, ubi ita dicitur: *Callidis insuper Machinationibus quo-rundam obviantes, qui pretio accep-to, quasi sub colore investituræ, quam sibi licere dicunt, feudum vendunt & in alios transferunt; ne tale figmen-tum vel aliud ulterius, in fraudem hu-jus nostræ constitutionis excogitetur, modis omnibus prohibemus: pœna au-toritate nostra imminente, ut Venditor & Emptor, qui tam illicitas alie-nationes reperti fuerint contraxisse, feudum amittant; & ad Dominum libere revertatur.* Hæc verba per-spicua

spicula nobis adeo videntur, ut in utramque partem fluctuantem in nostram pertrahere facile debeant sententiam. Nec enim solius venditionis mentionem facit textus, sed conjungit alienationem, & feudi translationem. Et tunc quoque Vasallus bonis destitutus feudibus, ineptus servitiis militaribus præstandis redditus est, & contemtum in Dominum demonstravit aperite. Cum itaque pateat, & certum sit, Venditionem cum translatione feudi demum sociatam, hanc exserere vim ; prono inde fluit alveo, Venditionem nudam solo consensu contractam, cum ea nondum feudum transferatur, indicetæ pœnæ nondum subjacere. Traditio-

B. ne

ne enim rerum dominia transferri,  
constans est Jure Consultorum &  
Legum doctrina. Ita enim Imperatores  
DIOCLETIANUS & MAXIMI-  
NIANUS in L. 20. Cod. de Pactis. Tra-  
ditionibus & usucaptionibus dominia  
rerum, non nudis pactis transferri.  
Constat enim ante traditionem,  
venditorem dominum rei venditæ  
manere ; Sed alienatum propriæ non  
dicitur, quod adhuc in Dominio Ven-  
ditoris manet : venditum tamen re-  
cte dicetur. Teste ULPIANO in L. 67.  
ff. de Verb. Signif.

§. IV. Posset quidem nobis ob-  
jici allegati Cap. 55. Feud. II. in pr. a-  
lius paragraphus, qui præcedit eum,  
quem supra pro sententia nostra ful-  
cienda adduximus. Scilicet FRI-  
DERI-

DERICUS Imperator in illa Constitu-  
tione ita loquitur : *Habito ergo con-  
silio Episcoporum, Ducum, Marchio-  
num, Comitum, simul etiam & Pa-  
latinorum judicum, aliorum proce-  
rum, hac edictali, Deo propitio, per-  
petuo valitura lege sancimus, ut nulli  
liceat feudum totum vel partem ali-  
quam vendere, vel pignorare, l. quo-  
cunque modo distractere seu alienare,  
l. pro anima judicare, sine permissione  
illius Domini, ad quem feudum spe-  
ctare dignoscitur.* Ex qua Lege in-  
ferri posse videtur, quod cum Ven-  
ditio prohibita sit sub poena privati-  
onis feudi, Venditio autem nudo  
consensu peragatur pr. & §. 3. Inst.  
de Empt. Vend. Nec ad sui perfe-  
ctionem traditionem requirat ;  
Quod venditione sola delictum hoc

feudale absolvatur, etiamsi nulla accesserit traditio. Sed respondemus, intelligi in Jure Feudali per Venditionem non tantum conventionem consensu perfectam, sed & traditione subsecuta absolutam. Id quod & verba paragraphi subsequentis a Nobis supra adducta, quæ alienationem postulant, clarissime demonstrant.

§. V. Opponitur nobis quoque Constitutio LOTHARII 52. Feud. II. ubi sic legitur: *Permultas enim interpellationes ad nos factas comperrimus, milites sua beneficia passim distribuere: ac ita omnibus exhaustis, suorum seniorum servitia subterfugere: per quod Vires imperii maxime attenuatas cognovimus, dum proceres nostri,*

nostri, milites suos omnibus beneficiis  
 suis exutos, ad felicissimam nostri  
 Numinis expeditionem nullo modo  
 transducere valeant. Hortatu ita-  
 que & consilio Archi - Episcoporum,  
 Episcoporum, Ducum, Comitum,  
 Marchionum, Palatinorum, cætero-  
 rumque nobilium, similiter etiam ju-  
 dicum, hac edictali lege in omne æ-  
 vum, Deopropitio, valitura decerni-  
 mus, nemini licere beneficia quæ à suis  
 Senioribus habent, sine ipsorum per-  
 missione distrahere, vel aliquod com-  
 mercium adversus tenorem nostræ  
 constitutionis excogitare, per quod  
 Imperii vel Dominorum utilitas mi-  
 nuatur. Si quis vero contra hæc le-  
 gis nostræ saluberrimæ præcepta, ad  
 hujusmodi illicitum commercium ac-

B 3 ceſſe-

cesserit, vel aliquid in fraudem hujus  
legis machinari tentaverit, pretio ac  
beneficio se caritatum agnoscat. In  
qua lege videtur id innui, quod om-  
nis is poenam privationis incurrat,  
quisquis commercium illicitum cir-  
ca feudum præsumperit, vel habue-  
rit : Ast tale quid nuda Venditio es-  
se videtur, ergo Vasallus venditor  
poenam statutam effugere non pot-  
erit. Sed respondemus : Quod ver-  
ba hæc ex ratione legis sint expli-  
canda ; jam ratio legis eo tendit pro-  
hibere, ne Vasalli in eam detrudan-  
tur conditionem, unde Imperio &  
Dominis suis amplius utiles esse non  
possint ; Quod cum non fiat per  
simplicem venditionem, siquidem  
Dominium feudi utile ut ante reti-  
nent,

nent, hinc quoque facultas dominis  
directis servitia præstandi ipsos ma-  
net. Ergo non potest dici, poenam  
privationis feudi in hos feudum sim-  
pliciter vendentes, deficiente adhuc  
traditione, statutam esse : cessante  
enim ratione legis, cessare debere &  
ejus dispositionem, juris axioma &  
quidem concuti nescium est. Rechte  
itaque GOTHOFREDUS in not. 21. Feud.

*II. Cap. 52.* verbum *Commercium*,  
quod contra tenorem hujus consti-  
tutionis excogitatur, explicat, non  
per venditionem, sed per pignus ;  
quoniam per pignus res in alterum  
transfertur : & cum hinc inde in  
Jure Feudali, uti satis cumulate de-  
monstravimus, alienatio ad id ut  
poena locum habeat requiratur,  
hinc

hinc non debet illa ad simplicem  
Venditionem, traditionis expertem  
producere, cum per eam nulla adhuc  
facta sit alienatio, vel distractio.  
Non negamus quidem venditio-  
nem feudi, cum viam munit ad ali-  
enationem Vasallo prohibitam esse,  
sed quod ob eandem feudo privan-  
dus sit, id nobis persuadere non pos-  
sumus.

§. VI. Quæritur vero, an si  
in feudo vendito Vasallus per Con-  
stitutum possessorium per plures  
annos subsisteret, adeoque realis  
traditio vel vera nunquam facta fu-  
isset, Vasallus tamen feudum non  
proprio amplius nomine, sed ex. gr.  
tanquam fundum conductum pos-  
sideret, an poena privationis in alie-  
natio-

nationem statuta tunc locum quo-  
que habeat? Si Juris feudalis Do-  
ctores, quorum in diversa distrahi fe-  
re solenne est, consulamus, dubita-  
bundus hæreas necesse est; Aliisa-  
jentem, aliis negantem foventibus  
sententiam. Ipse STRYCKIUS in *Ex-*  
*am. Jur. Feud. Cap. 23. §. 22.* ubi bre-  
vibus hanc quæstionem perstringit,  
& ceu dubiam proponit, post habi-  
ta LUDWELLI, & VULTEJI Senten-  
tia, in Castra STRUVII ab ipso allegati  
transit, realemque adeo traditio-  
nem exspectandam esse, æquitate  
suadente, existimat. Præcipue cum  
in pœnalibus verba stricte accipien-  
da sint. Sed vereor maximopere ne  
STRYCKIUS cum iis, qui à partibus e-  
jus stant, æquitate magis cerebrina,

C

quam

quam vera & juris analogia firmata,  
decipi se passus sit. Si enim nobis  
aliquid judicii est, LUDWELLI p. 353.  
& VULTEJI Cap. II. n. 42. expositam  
sententiam juris feudalis principiis  
propius accedere, illa STRYCKII, pte-  
tamus. Ille enim qui non amplius  
tanquam Vasallus possidet, sed alio  
 nomine, vere alienavit feudum, illi-  
usque dominium utile amisit, secus  
ac in venditione, simplici traditione  
nondum consummata, ubi feudum  
in dominio Vasalli tamdiu permanet,  
donec hæc traditio facta sit.

§. VII. Nec minus adhuc sub  
judice Lis est, utrum si feudum ven-  
ditum & traditum, sed mox recupe-  
ratum poena privationis locum sibi  
vindicare possit? Doctorum inter-  
se

se digladiationes nec in hac quæsti-  
one cessant, sed urgent se invicem,  
& rationum viribus aliis alium vin-  
cere conatur. Nos hos inter mediis  
rationibus utriusque partis pensita-  
tis, sententiam eam quæ æqua no-  
bis videbitur sumus pronuntiaturi.  
Seilicet Doctoribus quibusdam ea  
sedet sententia, quod distinguen-  
dum sit inter recuperationem feudi  
illicite alienati statim factam, velex  
intervallo. Priori casu, feudo mox  
ad Vasallum reverso, vasallum pœnæ  
immunem pronuntiant, secundo  
casu vero, feudo, demum interjecto  
quodam temporis spatio, ad Vasal-  
lum alienantem redeunte, dignum  
eum quem delicti commissi pœna  
maneat, judicant. Vid. STRYCKIUS

*Exam. Jur. Feud. Cap. 23. §. 23.* Sed quicquid hujus sententiae sit, non possumus eam, licet humanitatis speciem præ se ferentem adoptare; sed cum Juris-Consulti sit, à Jure & Juris analogia ne latum quidem unguem discedere, arbitramur rectius nos facturos, si divorgium ab illis facientes, nullo discrimine habito, sive feudum latim, sive ex intervallo sit receptum, vasallum poenam privationis incurrisse statuamus. Per alienationem enim factam delictum semel est commissum & Domino directo exinde jus acquisitum, quod ipsi invito deinceps rursus auferri non potest. Ut nihil dicamus, de hoc, quod admodum obscurum sit, quid sibi Doctores per vocem, *statim,*

tim, & per illam, ex intervallo, ve-  
lint. Nullo enim juris textu talis  
distin&gio firmatur; Ergo Legibus  
non distinguentibus, nec nostrum  
esse debet, distinguere. In auxili-  
um quoque nobis venit luculentus  
Juris feudalis textus, qui *Il. Feud.*  
*tit. 44.* invenitur; & sic sonat: *Præ-*  
*terea si Vasallus ante constitutionem*  
*Lotharii Regis feudum alienavit:*  
*quod in quibusdam Curiis pro parte,*  
*in quibusdam pro toto olim licebat, &*  
*ipsum postea recuperat, pro feudo sibi*  
*retinebat: hoc est in causam feudire-*  
*cadebat. Hodie autem si ipsum alie-*  
*naverit, siquidem illicite, licet postea*  
*recuperaverit, tamen penes eum non*  
*remanebit: utpote Domino ad quem-*  
*cunque pervenerit, apertum.* Pro-

C 3 fedo

fecto si Domini voluntate vendiderit,  
 per libellum vel aliter alienaverit : si  
 idem postea recuperaverit feudum,  
 penes eum remanebit, non jure bene-  
 ficii sed aut jure libelli, aut aliter :  
 secundum quod idem recuperaverit.  
 Sed amabo te monstranobis, in hoc  
 adducto juris textu fundamentum  
 distinctionis quam profligandam su-  
 scepiimus ? Sane qui non potius no-  
 stram sententiam evidenter ibidein  
 stabilitam deprehendunt, næ illi gra-  
 viter allucinantur, & sibi ipsi fucum  
 faciunt.

§. VIII. Sunt tamen alii, qui  
 felicius se procedere autumant, si  
 rem hoc pacto componere aggre-  
 derentur. Scilicet distinguendum  
 esse censem. Vasallusne feudum  
recu-

recuperet, eo quod vel eum contra-  
 etus poeniteat, vel quod uterque  
 contrahentium sua sponte à contra-  
 ctu traditione consummato disce-  
 dat; An vero ob mortem Empto-  
 ris, vel alio modo feudum ad Vasal-  
 lum revertatur? Priori casu poenam  
 privationis exulare, posteriori eam  
 locum sibi vindicare volunt. Ita  
 enim STRUVIUS *Syntagm. Jur. feud.*  
*Cap. 13. §. 12. Si statim post factam*  
*traditionem contrahentes rursus à*  
*contractu recesserint, vel Vasallus a-*  
*lienatum feudum revocaverit, quod*  
*cum contractus sit invalidus, ipsi licet;*  
*itidem verior & æquior videtur sen-*  
*tentia, Vasallum feudum retinere;*  
*Licet enim poenitentia factum non*  
*reddatur infectum, indeque poena re-*  
*gula-*

gulariter delicti commissi ob pœnitentiam non remittatur, & domino, ipso jure, dicatur feudum alienatum appeariri. Quia tamen secundum superius dicta, tunc Vasallus amittit feudum, si quantum in se est alienet, hic vero rem non velit alienatam, atque eum in continentii recuperet perinde sit ac si non tradiderit: Ideoque venia ipsi danda. Sicuti & alia quædam delicta perimuntur pœnitentia. Sed rationes quibus suam sententia corroborare satagit, debiliores nobis vindicantur, quod ut pretium aliquod ipsis statuere possimus. Propendemus verius in sententiam CLARI qu. 31. n. 6. SCHRADERI p. 9. cap. 1. n. 17. & FACHINÆI 7. Cap. 84. ab ipso STRUVIO loco citato tanquam dissen-

sentientes allegatorum. Nam ex-  
 tra omnem dubitationis aleam pos-  
 tum est, quod alienatione semel fa-  
 cta, domino feudi statim jus acqui-  
 situm, feudumque adeo apertum sit.  
 Hoc jus vero ejus ingratias amplius  
 afferri non potest. *Arg. L.II. de Leg.*  
*Jur.* Deinceps feudo semel sine  
 consensu domini alienato delictum  
 est admissum, *II. Feud. tit. 52. & 55.*  
 sed poenitentia sola delictum nec  
 tollitur, nec poena aboletur. Hinc  
 vasallus etiamsi feudum postmo-  
 dum recipiat alienatum, poenam ta-  
 men privationis à se amoliri non am-  
 plius poterit. Postremum illa hu-  
 manitas, quam adversarii crepant,  
 quum legibus, & Juri alterius de-  
 roget, non est attendenda. Actum


D

enim

enim esset de Legibus, actum de Republica, si humanitas cerebrina, quæ criminibus impunitatem promittit, aliosque ad paria patrandi allicit, justam legum, quæ indomitum nefas coercent, severitatem triumpharet.

T A N T U M.

DEO SOLI LAUS, HONOR ET  
GLORIA IN SÆCULA.



C O R O L L A R I A.

I.

Dominum sæpenumero de Rebus suis disponere non posse, recte statuitur.

Q

II. Ad

II.

Ad Contractum requiri consen-  
sum , defendimus.

III.

Effectus Beneficii inventarii is  
est, ut hæres ultra vires hæreditatis  
non teneatur.

IV.

Non in omni legato, Legatario  
rei vindicatio competit.

V.

Non solum res corporales , sed  
& incorporales legari possunt.

VI.

Legatum sub conditione reli-  
ctum, non acquiritur legatario, nisi  
conditio existat.



VI

Non nō quoniam  
est nobis cōmētis

V

Non solum est cōmētis  
sed incepit pōllūre.

IV

Legimus cōmētis  
ceterum non solum in pōllūre

III

cōmētis ceterum non solum in pōllūre



**ULB Halle**  
005 039 479

3







F. P. num. 14,

**RALIS JVRIDICA**

**N U D A M**

**E M N O N**

**N D O ,**

RÆSIDE,  
TO  
CTORVM  
IS  
UM UNIVERSITATE  
ENTIA  
TURE HONORES  
CTORALIA  
UENDI  
AMINI SUBJICIT  
*S. M D C C L.*  
ANTONIUS

C U S A

INGERI, Typogr.

